

consul, in 2 lectura, *D. de adoptione*. in quaestione illa de legato facto fratribus et Priori, quod quando est in diversis orationibus, Prior non fungatur vice duorum, sed suo speciali relicto, de qua quaestione vide per Cyn. et alios in *l. cum quaestio, C. de legat.* per Bart. in dict. §. *qui Marco*, et in *l. si servus communis sibi, D. de stipulat. servor.* per Joann. de Plat. in *l. his scholaribus, C. de erogat. milit. annon.* lib. 12. vide etiam per Bald. in *l. observare, §. proficisci*, col. 5. vers. *sed nunquid iudex, D. de offic. proconsulis et legal.* an poena specialis iudici in aliquo articulo speciali apposita liberet eum à poena perjurii, ratione generalis iuramenti, quod fecit de observando leges, vel statuta. Sic etiam generalis servo sequens non refertur, ut excludat ea, de quibus jam specialiter erat provisum, *l. quotiens, C. famul. ercis.* et *l. cum ita legatur §. qui plures, D. de legat. 2.* et in eleganti quaestione adducit Oldral. consil. 121. incipit, *ad primam quaestionem*, col. 2. vers. *ad tertiam quaestionem*. Sic etiam generalis confirmatio non refertur ad id, quod est specialiter cassatum, *l. si quis priore*, ubi Gloss. et Bartol. *D. ad Trebell.* et per Jason. in *l. stipulationes commodissimè, D. de verbor. obligat.* et dixit Bart. in extravag. *ad reprimendum*, in gloss. super parte *non obstantibus*, quod modus procedenti per illam constitutionem inductis in crimine laesae majestatis, non habet locum in casu *l. 1. C. si quis Imperatori maledixerit*, cum ibi sit specialiter provisum, et per dictam constitutionem generaliter loquentem non videtur ei derogatum.

(2) *Touiere por bien*. Sed an poterit distribuere in suos filios, vel consanguineos pauperes? Vide per Bald. in repetit. *l. 1. col. 11.* vers. super 7. quaestione, *de sacrosant. eccles.* ubi tenet, quod sic, in minuta distributione, veluti ad alimenta, et bona fide: et adde Abb. in cap. *1. ad fin. de cohabit. cleric. et mulier.* ubi per textum ibi, vult quod Clericus executor potest distribuere inter consanguineos pauperes. Vide etiam de hoc per Joan. Andr. in additione *ad Specul. tit. de instrum. edition. §. nunc. verò aliqua*, col. 59. in additione, incipienti, *continuat hic alia quaestio*, ubi vult quod non posset dare propinquo sibi valde conjuncto, nisi forte ille conjunctus esset summè pauper; et ibi etiam ad finem, tenet, quod posset de elemosynis dispensare in filium spurium defuncti pauperem, non de quota aliqua iure filiationis, sed ut pauperi de elemosynis. An autem executores teneantur inter plurimos pauperes distribuere, vel an possint dari uni tantum? Vide Bald. in repetit. dict. *l. 1. col. 12.* vers. *juxta hoc queritur*, ubi dicit hoc solum, auctoritate Prophetæ, *Psalm. 111.* vers. 9. *dispersit, dabis pauperibus*, 86. dist. §. *in ipsa autem liberalitate*, sub cap. 6. et in ead. dist. cap. *non satis* adde Bart. in *l. 1. D. de option. legat.* ubi dicit, quod si testator jubet bona sua distribuere inter pauperes eligendos per talem, quod ille non potest unum eligere, et dare ei omnia, argumento illius *l. et l. 3. D. de annuis legat.* nec peccat executor præferendo pauperem pauperi, quia locus est gratificationi, secundum Baldum ibidem, vers. *item queritur*; vide ibi ejus additionem. Et dicit Abb. in cap. *cum in jure*, column. 2. *de election.* quod plures deputati ad certa bona distribuenda inter pauperes, possunt illa distribuere in aliquem ex se ipsis, dummodo aliis egeat: ibique se remittit ad ea, quæ dixit in dict. cap. *1. de cohabit. cleric. et mulier.* vide etiam ibi Bald. de prælato executeore, an possit eligere suum conventum, vel pater suum filium pauperem. Et quid si testator dixit, quod daret cui vellet, an possit dare sibi? Vide quod in simili dicit Bald. in *l. si is cui*, vers. *extra queritur, C. de fur.* Quid autem si testator jussit bona sua distribuere pro malè ablatis, et non apparent tot malè ablata, quæ capiant usque ad quantitatem bonorum, vel usque ad quantitatem taxatam per testatorem, puta mille librarum; nunquid superfluum reddi debet hæredi, vel commissarius poterit de hoc disponere pro anima? Vide Bald. in *l. si quis ad declinandam*, column. 4. *C. de Episcop. et cleric.* ubi post Jacob. Batri. in suo tractatu *executorum*, respondet, quod si testator sic disposuit, ut in aliam causam non convertatur, et tunc reddetur hæredi, quia expressio causæ limitat legatum, *l. Sejo amico*, §. *fin. D. de annuis legat.* aut non ita disposuit, et tunc quod superest debet pauperibus erogari, et sic in aliam causam converti, hæredi adhibito, *l. legatum*, et *l. quidam, D. de usufructu legat. l. in testamento, D. de condition. et demonstrat. l. fin. D. de operib. public.* et in authent. *de ecclesiast. titul. cap. si quis in nomine*, et sequentibus. Abb. etiam in cap. *tua novis, de testam.* tenet idem, quia credibile est defunctum fuisse obligatum ad talem restitutionem, ex quo ipse hoc jussit. Nota tamen ad istam legem, quod si executor testamenti malè arbitretur in eligendo pauperes, recurri potest ad judi-

cem: vide per Baldum in authent. *præterea, C. unde vir, et uxor*. Sed quid si civitas indigeat reparatione murorum, vel pontium, sed viarum, nunquid de talibus relictis pro anima arbitrio executoris erogandis, poterit fieri dicta reparatio, etiam invito executeore? Videas per Lucam de Panna in *l. unic. C. de expensis publicor. ludor.* lib. 11. qui allegat pro utraque parte, et concludit, quod possit fieri, per maximè urgente necessitate, puta, ut ipse ait, quia bella hostiumque insidiæ frequenter insultant civitatem, neque aliunde possit haberi pecunia sine scandalo civitatis. Videas latius ibi per eum, qui etiam tractat in vers. *secundo queritur*, an si testator jubeat eas construi in loco religiosorum, possit hoc converti in faciendum vel reficiendum dormitorio, quo religiosi indigent; et vult quod possit fieri Episcopo dispensante: et divina quæ testator jussit celebrabuntur in ipsa ecclesia monasterii.

LEY IV.—En que cosas pueden los Testamentarios demandar los bienes del finado en juyzio, e fuera de juyzio.

Quatro cosas son señaladamente, en que pueden los testamentarios demandar en juyzio, e fuera de juyzio, los bienes del muerto, para cumplir su testamento. maguer non quieran los herederos del fazedor del. E el vno es, quando la manda es para obras de piedad (1) o de misericordia. E el segundo es, quando el fazedor del testamento manda alguna cosa a otros en vno con los testamentarios (2). E el tercero es, quando la manda es atal, que es establecida para gobernar (3) huérfanos, o otras personas qualesquier. E el quarto es, quando el fazedor del testamento dize assi: Que da libre poder (4) a sus testamentarios, que puedan demandar en juyzio, e fuera de juyzio, los bienes del fazedor, para cumplir sus mandas. E sacadas estas quatro cosas sobredichas, en otro caso ninguno non han poder (5) los testamentarios de demandar en juyzio los bienes del muerto, para cumplir sus mandas. Mas cada vno de aquellos a quien es mandado algo en el testamento, puede por si demandar a aquel que touiere los bienes del finado, la parte que le fue mandada en el testamento. E segund el departimiento que se muestra por esta ley, se entiende en todas las otras, que fablan del poderio que han los testamentarios.

LEY IV.—In quatuor casibus invito hærede exigit commissarius in iudicio bona defuncti, scilicet pro executione relictorum ad pias causas, vel ob alimenta indigentium, vel quando quid fuit relictum aliis una cum commissariis petendi in iudicio vel extra, bona sua ad executionem testamenti: aliàs non potest, sed legatarius agat contra hæredem pro suo legato. Hoc dicit.

- (1) *Para obras de piedad*. Adde *l. nulli, C. de Episcopis, et cleric.*
- (2) *En uno con los testamentarios*. Tunc enim non sunt nudi ministri, et ideo agunt, *l. si quis Titio*, et ibi Bart. *D. de legat. 2. l. si legatarius, D. de legat. 3.* Gloss. in *l. Lucius, §. Mævia, D. ad Trebell.*
- (3) *Gobernar*. Id est ad alimenta. et adde *l. alio, D. de aliment. et cibor. legat.* et Gloss. in dict. §. *Mævia*, ubi etiam Paulus de Castro.
- (4) *Que dá libre poder*. Ut jam dixi supra eod. *l. 2.* executorum potestas pendet à facultate, quam eis dat testator; poterit ergo indistinctè agere, si à testatore talis potestas sit ei data, ut hic: et facit *l. quidam, §. si scriptus*, et *l. si à pluribus, D. de legat. 1.* Cardin. in Clement. unic. *quæst. 15. de testam.* ubi etiam Joan. de Imol. column. fin. Et hodie communiter solent dari per verba magis ampla, quam hic habentur, de quibus vide per Bartolum latè in *l. alio, D. de aliment. et cibor. legat.* ubi vide de istis facultatibus, et qualiter debeant se habere executores in vendendis et alienandis rebus hereditariis: et ibi dictis adde, quid si aliquis emit ab aliquo tanquam ab executeore ultimæ voluntatis, et longo tempore tenuit, hæres vendicat, ille dicit bona fide emisse, non tamen potest probare quod ille fuit executor, Bald. in *l. 1. C. de reb. alien. non alien. de-*

cidit, quod nisi emptor probet ex aliquibus conjecturis se credidisse illum executeorem, puta quia ita audivit dici à pluribus honestis personis, præsumitur emptor malæ fidei, et ideo non præscribit. Et ad id quod Bartolus tractat in column. 4. an executores possint vendere rem, quam voluit? Adde Bald. in *l. cum non solum, §. sin autem legata*, per textum ibi *C. de bon. quæ liber.* et in *l. quandiu, C. de distr. pig.* Item, et ad illud quod in ead. column. tractat, an hæres sit requirendus, quando executor vendit, adde quod notat Bald. in *l. captatorias, C. de testam. milit.* col. 2. vers. *modo circa hoc queritur*, ubi dicit, referens Bartolum ita consuluisse, quod si testator commisit declarationem incertorum Cajo, qui declaravit non requisito hærede indistinctè, quod debeant restitui Sejo, tanquam ab eo exorta, quod non tendit declaratio, quia non est sequutus formam boni viri: subdit tamen Baldus, quod debeat in hoc stari iuramento executoris, si est honesta persona, *l. Theopompus, D. de dote prælegat. l. si quis pro redemptione, C. de donat.* et non videtur fieri bona fide, quod fit non citato, neque requisito eo, cujus interest, *l. necesse, D. de in diem addict. l. cum quidam, D. de legat. 2.* Bald. in *l. creditor, D. de distr. pignor.* et dicit Bald. in dict. *l. captatorias*, in fin. quod executores non tenentur requirere hæredes, nisi cum indigent eorum informatione, vel voluntatis eorum exploratione, quia non sunt iudices, sed executores, argumento, *l. quod si nolet, §. fin. D. de adilit. edict.* Adde etiam Alexand. 2. volum. consil. 62. incipit, *vissa facti narratione*, quod si hæres est pupillus, et ipsi executores sunt etiam ejus tutores, possunt vendere, non aliàs, requisito pupillo: et ibi vide circa Gloss. in *l. si prædium, C. quando decret. opus non est*. Adde etiam, cum Bart. in dict. *l. alio*, circa fin. dicit, quod promissio de evictione, quam facient executores, obligat hæredes, si promittant, secundum consuetudinem civitatis, quod possunt etiam emptores agere contra hæredes, ut habeant ratum factum executorum, ut ipsi sint magis securi, secundum Bald. in authent. *si captivi, C. de Episcopis, et cleric.* Et an executor habens potestatem vendendi, possit vendere filio suo? Vide per Bald. in repetit. *l. 1. C. de sacrosant. eccles. 11. et 12. col.*

(3) *Non han poder*. Adde *l. Lucius, §. Mævia, D. ad Trebell.* poterunt tamen implorare officium iudicis etiam extra istos casus, ut in *l. quintus, D. de annuis legat.* Bart. in *l. si quis Titio, D. de legat. 2.* Bald. in *l. nulli, C. Episcopis, et cleric.* et advertit quod quando sunt hæredes instituti, unus executor non potest contra alium executeorem agere, secundum Paul. de Cast. notabiliter in *l. qui proprio, §. si duobus, D. de procurator.* ubi hoc modo limitat dictum Bartoli ibi, qui dicit unum executeorem contra alium agere posse; nam procedit secundum eum, nisi aliquis specialiter sit hæres institutus. Et quando executor testamenti posset conveniri à legatariis, vide per Bart. in *l. Fermio, §. 1. D. quando dies legati cedit.*

LEY V.—Quien puede cumplir las mandas que son fechas para sacar catiuos, si el fazedor del testamento non dexa Testamentario que lo cumpla.

Dexando algun ome en su testamento marauedis, o heredad, o otra cosa cierta, que mandasse dar por su anima, de que sacassen catiuos (1); si non señalasse (2) omes ciertos, que cumpliesen esto, estonce el Obispo de aquel lugar onde es natural el que fizo el testamento, o aquel en cuyo obispado (3) ouiere la mayor parte de sus bienes, lo deue fazer cumplir. Pero el Obispo, luego que aya recebidos los marauedis sobredichos, o aquella cosa que fue establecida para sacar catiuos, deue dezir al Juez Ordinario de aquel lugar que faga escreuir (4) en su registro la cantidad de aquel aver, o de aquella cosa que recibio por esta razon, e el dia, e el mes, e la era en que lo recibio. Otrosi dezimos, que los herederos del fazedor del testamento non pueden embargar al Obispo, que non reciba los marauedis, o aquella cosa que fuesse establecida del testador, para sacar catiuos. Pero despues que sea passado vn año que recibio los marauedis para esto fazer, tenuto es el Obis-

po de dar cuenta (5) por si, o por otro, al Juez Ordinario (6), quantos catiuos saco, e quanto dio por cada vno de aquellos dîneros. E tambien el Obispo, que esto ouiesse de fazer, como los otros Escriuanos, que escriuen alguna cosa de las que son dichas en esta ley, non deuen tomar para si, por razon del trabajo (7) que lleuan en esto, ninguna cosa de aquellas que son dadas para sacar los catiuos; ante lo deuen fazer de grado, e sin precio ninguno (8). E esto es, porque son dexadas para obra de piedad: e los Obispos, si contra esto fiziessen, errarian en quatro maneras. La vna, contra Dios. E la otra, contra el anima del finado. E la tercera contra los parientes del muerto. E la quarta, al Señor de la tierra, que es guardador de todos los bienes (9) de su Señorío (a). E si por aventura acaesciesse, que alguno de los que fiziessen tal manda, para sacar catiuos, fuesse ome estraño, que non sopiessen donde era natural, nin morador; el Obispo de aquel lugar do muriere, deue fazer cumplir la manda del, en la manera que de suso diximos, si fallare de lo suyo en aquel lugar, o en otro, de que lo pueda fazer.

(a) Véanse nuestras notas 2.^a à la L. 14, tit. 13, y 2.^a tambien à la L. 4, tit. 13, P. 2.

LEY V.—Si testator legat certam quantitatem ad redimendum captivos, et non dimittit executeorem, qui hoc adimpleat, recipiat Episcopus loci originis testatoris legatum, vel Episcopus loci, in quo est major pars hæreditatis: aut si testator est advena, et nescitur unde est, recipiat Episcopus loci ubi moritur, et coram iudice ordinario illud scribat cum die, et mense; et post annum reddat iudici computum qualiter expendit; nec potest Episcopus, vel Notarius aliquid pro labore recipere. Hoc dicit.

(1) *Sacassen catiuos*. Ista dicitur causa piissima ut in authent. *ut cum, de appellat. cognosc.* cap. 3. §. *si unum*, et ibi Bartol. collat. 8. et permittitur ob redemptionem captivorum, quod aliàs non permittitur, ut in authent. *de restitut.* collat. 8. authent. *res quæ, C. communia de legat. cap. aurum, 12. quæst. 2.* et adde *l. 2.* et quæ ibi dixi, tit. 29. 2. *Part.* In quocumque alio relicto ad pias causas locum habebit capitulum *si hæredes, de testam.* ubi nullo executeore à testatore nominato, executio fieri debet per hæredem, et per ejus negligentiam executio pertinebit ad Episcopum, ut in dict. cap. *si hæredes*, ubi Abb.

(2) *Si non señalasse*. Nam si designasset, illa præferuntur Episcopo, *l. nulli, C. de Episcopis, et cleric.* et cap. *si quis autem pro redemptione*, in authent. *de ecclesiast. titul.* collat. 9. et adde etiam, quod præfertur alteri privilegiato à Papa, quod possit recipere relicta ad piam causam, secundum Joan. Andr. in additione *ad Specul. tit. de instrumentor. edition. §. nunc. verò aliqua*, in additione incipienti, *l. cujuscumque*, ubi vide, et habes hic, quod executor testamenti designari debet à testatore. Sed an testator possit alii committere nominationem executoris? Bald. in *l. id quod pauperibus*, col. 4. vers. *modo juxta prædicta quero*, distinguit, an committitur factio executoris, et non potest committi; an nominatio et declaratio, et tunc sic: vide Bart. in *l. quidam relegatus, D. de reb. dub.*

(3) *O aquel en cuyo Obispado*. Lex *nulli*, non dicit de isto, sed tantum de Episcopo loci originis defuncti; Glossa tamen ibi dicit, quod uterque Episcopus exequi potest. Jacobus verò de Beloviso, et Albericus post eum distinguunt, quod si patrimonium defuncti est in utroque loco, tunc quilibet potest distribuere res suæ diocesis, et sic non concurrent in executione, sed erit executio divisa per loca, *l. 1. C. ubi petant. tutor.* aut bona sunt in altero loco tantum, et tunc ille Episcopus, in cujus loco sunt bona, exequetur, argumento *l. si fideicommissum, D. de judic.* Si verò in neutro loco sunt bona, sed in alio tertio loco, tunc præferetur Episcopus originis, ut in dict. *nulli*, et in *l. cives, C. de incol.* lib. 10. Si verò origo est dubia, tunc Episcopus domicilii; et si de domicilio est dubium, tunc Episcopus civitatis, in qua defunctus est, per dictam *l. nulli*; quod limitabat Pe-

trus esse verum in rebus solo coherentibus, quæ sunt propriæ de territorio vel diocesi: sed pecunia non intelligitur esse hujusmodi. Bald. tamen in dict. l. nulli. col. fin. dicit, quod in pecunia exequitur ille Episcopus, qui potest colerius exequi, argumento illius l. nulli, §. 1. versic. sine ulla cunctatione. Fortè per istam legem alternativè loquentem, dicendum esset, quemlibet istorum Episcoporum hoc posse, et quòd sit tocius præventioni, argumento l. si quis postea, D. de judic. et l. ubi cæptum D. eod. et l. cum quædam puella, D. de jurisdict. omn. jud. saltem hærede petente, et post præventionem unius alius se non intromittat, sed remittat executionem ad alium, juxta dicta Innocent. in cap. cum M. Ferrariensis, de constitut. ad fin. ubi Felin. latè, col. 13. et 14.

(4) Faga escriuir. Habes hic, quòd executor testamenti tenetur facere inventarium, et adde Specul. et ibi Joan. And. in addition. tit. de instrum. edition. in §. nunc verò aliqua, col. 18. vers. sed an tenetur, Bald. in l. nulli, col. 2. C. de Episcopis, et cleric. et in authentic. sed cum testator, in fin. C. ad leg. Falcid. et an isti teneantur jurare? Vide per Joan. de Plat. in l. penult. in princip. C. de erogation. militar. ann. lib. 12. Gloss. et Bart. in l. Divus, D. si cui plus quam per leg. Falcid.

(5) Dar cuenta. Similiter et executor designatus à testatore, tenetur reddere rationem Præsidi, et etiam Episcopo in relictis ad pias causas, l. si quis pro redemptione, et ibi notat Bald. C. de donation. imò ibi dicit Bald. quòd reddere tenetur rationem cuiuscumque cujus interest, et dicit Bald. in l. si quis ad declinandam, col. 5. C. de Episcopis, et cleric. quòd omnes tales executores dati ad pias causas, tenentur Episcopo reddere rationem, et ipse potest contra eos inquirere, et eos punire: et an sufficiat juramentum executoris in ista redditione rationum? Glossa videtur velle, quòd sic, in dict. l. Divus, D. si cui plus quam per leg. Falcid. vide Bart. post Cyn. in l. id quod pauperibus, C. de Episcopis, et cleric. intelligit et legatis minutis seu parvis distributionibus; magna tamen debeant probari per testes: et vide quæ ibi Alexand. allegat in addition. Adde etiam Bald. in dict. l. si quis pro redemptione, ad fin. ubi vult, quòd in his quæ habeant difficultatem probationis, stetur juramento executoris: et adde eundem Bald. in l. nulli, col. penult. C. de Episcopis, et cleric. ubi etiam vide, Salicet. col. penult. vers. quæro qualiter de erogatione, ubi et limitat in his, quæ secreto eroganda commissæ sunt à testatore disponente.

(6) Al Juez ordinario. Adde l. nulli, C. de Episcopis, et cleric. et habes hic casum, in quo Episcopus efficitur de foro judicis sæcularis; et nil mirum, quia ex quo lex ei dedit istam distributionem, quòd ipse similiter teneatur reddere rationem coram iudice sæculari; facit quòd notat Baldus de clerico, qui recepit depositum de manu judicis sæcularis, in l. acceptam, column. 2. C. de usur. Paul. de Cast. tamen in dict. l. nulli, ad fin. dicit, quòd hodie Episcopus soli Deo rationem reddit, allegat l. si quis ad declinandam, C. eod. sed adhuc credo justè in hoc Regem, et ejus Consilium implorari, ut detur cedula, ut Episcopus talem rationem reddat, per istum textum et dictam l. nulli. Salicetus tamen in authentic. licèt, C. de Episcop. et cleric. dicit, quòd olim ita erat dispositum, quòd Episcopus redderet rationem Præsidi; hodie tamen per textum in authentic. de ecclesiast. tit. cap. 11. vers. si autem qui hoc facere jussi sunt, collat. 9. tenetur reddere talem rationem Metropolitanò.

(7) Por razón del trabajo. Nota benè, et adde dict. l. nulli, C. de Episcopis, et cleric. et nota verbum superius positum, aliqua cosa de las que son dichas. Nam intelligitur de gestis inventarii, et de gestis rationum: unde si executor litiget pro pecuniis exigendis, notarius non debet facere acta gratis, prout etiam notat Salicet in dict. l. nulli. parum post principium.

(8) Sin precio ninguno. Nec de relictis ad redemptionem, neque etiam de bursa Episcopi, ut hic, et in dict. l. nulli.

(9) Guardador de todos los bienes. Nota bonum verbum ad ea, quæ habentur in l. bene à Zenone, C. de quadrienn. præscription. per Glossam, et Doctores.

LEY VI.—Fasta quanto tiempo deuen cumplir los Testamentarios el testamento del finado.

Si muchos fueren los testamentarios, en cuya mano dexare alguno su testamento, todos (1) deuen ser en vno para cumplirlo, si pudieren, en aquella manera (2),

et fasta aquel tiempo, que el finado mando en su testamento. E si por aventura el non señalar dia, nin tiempo, fasta que lo cumpliesen, deuense ellos trabajar, luego despues de la muerte del testador, de lo cumplir lo mas ayna (3) que pudieren, sin alongamiento, e sin escatima ninguna. E si embargo tan grande ouiesen, por que non lo pudiessen luego cumplir, deuense trabajar que lo cumplan en todas guisas, a lo mas tarde fasta vn año despues de la muerte del testador (4). Pero si acaesciere, que todos non pueden y ser, o no quieren (5), lo que fizieren los dos, o el vno, deue valer, maguer los otros non se acierten y.

LEX VI.—Pluribus existentibus executoribus testamenti, si omnes interesse nequeunt, aut nolunt, possunt duo vel unus exequi: et debet commissarius exequi testamentum quam citius possit, ita quòd sit infra annum à morte testatoris. Hoc dicit. Habui originem à cap. religiosus, §. sane, de testam. lib. 6.

(1) Todos. Quod omnes executores, et non unus sine alio regulariter debeant exequi, satis probatur hic, et in cap. 2. §. 1. de testam. lib. 6. quòd intelligit Jacob Butric. et Bald. post. eum in l. nulli, col. fin. C. de Episcopis, et cleric. quando incerta est distributio, quia debet per eorum arbitrium distribui, prout melius sibi videbitur: sed quando distributio est certa, ut quia dixit testator, detur illud tali pauperi, tunc enim unus tantum potest solvere, et exequi. Quid autem si est discordia inter executores? Vide quæ tradit Speculat. tit. de instrument. addition. §. nunc verò aliqua, column. 22. vers. sed quid erit si sunt plures, Bald. in l. fin. in princ. C. communia de legat. col. 2. ubi respondet ad hoc, quòd in his, quæ sunt ad pias causas, Episcopus est diffinitor; ad prophanas verò Præses loci.

(2) Si pudieren, en aquella manera. Nota hoc; est enim regulariter, ut voluntas testatoris mandetur executioni intra tempus ab eo diffinitum, quòd etiam curret à die aditæ hæreditatis, et notat Abb. in cap. nos quidem, de testam. bonus textus in l. statuliberos, §. si quis hæredi, D. de statuliber. tradit. Alexand. in l. si mihi, et ibi, §. 1. D. de legat. 1. et facit ista lex ad id quòd notat Bart. per textum ibi in l. cum pater, §. à filia D. de legat. 2. quòd executor non possit præuenire diem ab ipso testatore ad executionem suæ voluntatis signatam; unde si testator præcepit, quòd post mortem hæredis, vel post tale tempus distribuere bona ejus inter pauperes vel talem summam, quòd tales executores non poterunt in vita hæredis, vel intra tempus designatum eligere pauperes, vel exequi, secundum Bartolum ibi in l. post mortem, C. de fideicommissis; distributio enim ante illud tempus facta præjudicium non infert futuris tunc pauperibus. Item tenent Angel. et Alexand. in l. stipulatio, ista, §. si quis dolum, D. de verbor. obligat. Jason. in dict. l. post mortem, col. 2. dicens hanc opinionem esse communem, et idem fatetur Decius in l. cum tempus, D. de regul. jur. Bald. tamen in dict. l. post mortem, col. 4. vers. sed pone testator, inclinatur in contrarium sententiam in quæstione, quam movet de testatore, qui instituit uxorem suam in vita, volens, quòd post mortem suam bona distribuantur inter puellas virgines, quòd possit uxor in vita eligere puellas, et maritare, quia si testator hoc cogitasset de voluntate uxoris, permisisset ita fieri propter favorem animæ, et sic pro expresso debet haberi, l. tale pactum, §. fin. cum glossa ibi, D. de pact. ibique respondet ad dictum §. à filia, quia ibi legatarii poterant præmori, in quæstione verò ista non: idemque vult, etsi reliquat pauperibus in genere, quia testator in certam personam singulariter non habet affectionem, sed ad genus personæ, id est, qualitatem paupertatis vel pietatis, quæ una, et idem est: sed Alexand. de Imol. in l. sed et si ante, D. ad Trebell. quam legit sub l. recusare, §. fin. ponit opiniones, quæ in hoc fuerunt, et inclinatur, quòd sit vera communis opinio in casu, quo pauperes debent eligi, quasi velit secus, si esset relictum pauperibus simpliciter: vide ibi per eum, qui ad hoc allegat l. unum ex familia, circa princ. D. de legat. 2. Contra communem etiam opinionem tenet Decius in dict. l. cum tempus, ex eo quòd testator disponens potius salutem animæ respexit, quàm tempus executionis, quòd fortè adiecit existimans ante illud tempus absque detrimento rei familiaris non posse fieri. Item quòd non magis futuros pauperes, quàm præ-

sentes dilexerit; quæ etiam fuerunt movita Baldi, et mihi satis placet, quòd ponderandæ sint circumstantiæ occurrentes in casu; et si voluntas testatoris non refragetur, satis æqua videtur ista ultima opinio: et pro opinione communi satis benè facit l. uxori usumfructum, D. de usufruct. legat. cui tamen potest responderi, quòd ibi erat hæres, in quem finito usufructu fundus veniebat dandus per hæredem peracto quinquennio libertis, de quibus ibi, prout in eleganti quæstione respondebat Joann. in addition. ad Specul. tit. de locato, vers. 143. in addition. super parte uxori.

(3) Lo mas ayna. Nota benè istam legem, non enim ita apertè invenio cautum de jure communi, licèt l. nulli, C. de Episcopis, et cleric. benè facit, ibi: sine ulla cunctatione, et quia si heres tenetur rem legatam statim, cum potest, tradere, et sic exequi defuncti voluntatem, ut in l. cum res, et l. si domus, §. in pecunia, D. de legat. 1. sic etiam et executor deputatus; poterit ergo Episcopus, vel sæcularis iudex cogere etiam ante annum executores ad executores testamenti, ut in cap. si hæredes, de testam. etiam quoad legata profana, Gloss. et ibi Abb. column. 1. et Imol. column. 5. in dict. cap. si hæredes. Potest etiam Episcopus propria constitutione excommunicationis pœnam statuere contra executores negligentes, ut tradit Freder. consil. 95. et Roman. consil. 228. Paul. de Castr. in dict. l. nulli, cum dicit: et scias quòd hodie Episcopi per suas constitutiones generaliter movent executores, quòd exequantur infra annum; quæ monitio potest dici, secundum eum, quòd afficiat scientes, non autem ignorantes se datos executores, ut notatur per Bart. in l. genero, D. de his qui notant. infamia.

(4) Fasta un año despues de la muerte del testador. Tene menti istam legem, nam de jure communi videbatur quòd iste annus curreret à die moutiones factæ per iudicem, ut probatur in cap. nos quidem, de testam. ubi hoc asserunt Imol. Cardin. et Abb. et Bald. in l. id quod pauperibus, column. 5. C. de Episcopis, et cleric. ubi dicit hanc esse communem opinionem, Abb. etiam consil. 12. vol. 2. et consil. 59. vol. 1. quiniomò, etsi constitutione Episcopali caveatur, quòd testamenta executioni mandentur à die mortis testatoris infra annum, intelligenda et limitanda est talis constitutio, ut hic annus curret à die aditæ hæreditatis, et scientiæ executoris, prout etiam in specie tenet Abb. in dict. cap. nos quidem, col. fin. et Roman. consil. 228. col. 2. et sic videtur, quòd sit intelligenda et limitanda ista lex Partitarum; et suprâ eadem lege dixi, quòd etiam tempus à testatore statutum ad executionem non curret, nisi à die aditæ hæreditatis. Et inde est, ut executor testamentarius possit compellere hæredem iudicis præcepto ad adendum hæreditatem, secundum Specul. tit. de instrument. edition. §. nunc verò aliqua, col. 27. Hodie verò attenda lege regni disponente, legata tenere, et deberi etiam non adita hæreditate, annus iste non exigeret ad ejus cursum additionem hæreditatis. Conferat quòd notat Bald. in l. id quod pauperibus, col. 4. vers. ultimo circa tempus, C. de Episcopis, et cleric. ubi dicit, quòd annus iste curret ad pias causas ante aditam hæreditatem, cum hujusmodi legata non pendeant ab additione: benè tamen placet, quòd de iudicis præcepto hæredi notificaretur, ut infra certum tempus adeat vel repudiet, ut sic sine detrimento hæreditatis executio procedat, et si infra tale tempus nolit adire, legata mittentur executioni; et sic saltim à lapsu talis termini curreret iste annus: benè tamen placet, quòd exigatur scientia executoris, cum regulariter dilatio data à lege non curret ignorantem, cap. quia diversitatem, de concess. præbend. l. unic. C. de annual. exception. l. annus, D. de calumniator. glossa notabilis in cap. Titius, si de feudo fuer. contror. inter domin. et agnat. et licèt alias tempus datum in favorem alicujus ad agendum actum, non in odium ipsius, cui datur, curret ignorantem et impedito, glossa singularis, et in cap. statutum, de præbend. lib. 6. l. 7. tit. 7. lib. 5. Ordinam. Regal. id procedit, quando datur in merum alicujus favorem; secus quando datur ad convincendam alicujus negligentiam, prout est in præsentis casu, et satis probatur in dict. cap. nos quidem, secundum Imol. ibi, et Abb. in repetitione cap. cum esses, de testam. col. final. Probatur etiam infra eod. l. fin. ibi: seyendo amonestados, quæ lex ibi videtur probare, quòd requiratur etiam monitio: et vide quæ ibi dico. Adverte tamen quòd Speculat. in dict. §. nunc verò aliqua, num. 59. dixit, tempus datum ad executionem ultimarum voluntatum etiam currere ignorantem et impedito, quia datur in favorem pauperum, et eorum quibus aliquid est testamento est distribuendum, et non in odium ipsius executoris: cum quo etiam tenet Cardin. in dict. cap. nos quidem, et in dict. cap.

T. IV.

quia diversitatem, col. 2. Bald. in l. captatorias, C. de testament. milit. col. fin. dicens in practica ita servari: vide Barbat. in dict. cap. nos quidem, num. 35. Quòd nota, propter istorum auctoritatem, quibus etiam favere videtur lex ista Partitarum: fortè tamen in puncto juris verior erit opinio contraria, prout etiam vult Didacus à Covarrubias in dict. cap. nos quidem, referens aliqua, quæ ibi poteris videre. Adde etiam, quòd aliquando ad executionem majus, vel minus tempus assignatur, quàm annus, ut tradit Specul. tit. de instrument. edition. §. nunc verò aliqua, ad fin. quæst. 82.

(5) Non pueden y ser, o non quieren. Adde cap. 2. §. sane, de testam. lib. 6. ubi etiam isti casus ponuntur, et quid si uno ex executoribus mortuo Episcopus velit adjungere alium, vel se ipsum loco ipsius? Bald. in l. nulli, ad fin. C. de Episcopis, et cleric. dicit, quòd non, quia Episcopus negligentiam et malitiam executorum supplere potest; sed hoc potest in casu fortuito supplere, secundum Joan. And. in novella, in die. §. sane: dicit etiam ibi Baldus, quòd acceptatio officii non tribuit jus absentis in remotis, ut non possit alius executor sine eo facere executionem, quia anima testatoris ex sua absentia non debet pendere, nisi esset absentia brevis et modici temporis, quia tunc debet expectari, secundum eundem Joan. Andr. ubi supra: allegat etiam Baldus l. multa non committitur, D. de conat. et demonstrat. unde et ista lex, cum dicit non pueden, procedet in impedimento non modici temporis, secus si esset modicum, ut probatur in dict. §. sane, ibi: nimium differrì, prout etiam ponderat Joan. Andr. in addition. ad Specul. tit. de instrumentor. edition. §. nunc verò aliqua, col. 21. in addition. incipienti, iste versiculus. Item si testator prohibuit unum sine altero non exequi, tunc neque in dictis casibus posset unus, ut in dict. §. sanè, in fin. et vide in dict. addition. per Joan. And. quid si unus sine altero litigare velit in iudicio, an possit? et concludit, quòd sic, quando litigare velit ad pias causas, si interveniat auctoritas iudicis, cap. si duo, §. fin. de procurat. lib. 6.

LEY VII.—Quien puede apremiar a los Testamentarios, quando son negligentes de cumplir la voluntad del finado; e quien deue entrar en su lugar, para cumplirla.

Apremiar pueden los Obispos, cada vno en su Obispado, a los testamentarios, que cumplan (1) los testamentos (a) de aquellos que los dexaron en sus manos, si ellos fueren negligentes que non lo quieran cumplir, o que andan maliciosamente en ello. E demas dezimos, que cada vno del Pueblo (2) puede esto fazer saber a los Obispos, porque es obra de piedad. E si los testamentarios non quisieren cumplir la manda del defunto, los Obispos (3) la pueden fazer cumplir, si quisieren, o dar otros buenos Albaceas (4), que la cumplan en lugar de aquellos. E esso mismo seria, si acaesciese que alguno en su testamento non dexasse testamentarios que lo cumpliesen, que el Obispo, en cuyo Obispado acaesciese, deuelo fazer cumplir, si el heredero (5) del muerto non lo quisiesse fazer. E esto deuen ellos fazer, para cumplir la voluntad del testador, que es obra de piedad, e como cosa spiritual.

(a) En la parte piadosa.

LEX VII.—Si executor non vult exequi testatoris voluntatem, Episcopus exequitur, vel alium ponat, qui exequatur: et potest executor negligentiam quilibet de populo Episcopo denuntiare; et si testator non dimisit executores, et hæres non implevit, potest Episcopus facere impleri, quia est opus pietatis, et quasi spirituale. Hoc dicit.

(1) Que cumplan. Adde cap. si hæredes, de testam. et cap. tua, et in cap. Joannes, eod. tit. et quòd habetur in l. 7. tit. 19. 1. Partit. imò etiam ad iudices sæculares pertinet ista cura, quia munus hoc mixti fori est, ut in authentic. de eccles. titul. cap. si quis autem adificationem, collat. 9. l. hæreditas, D. de petition. hered. Abba. in dict. cap. si hæredes, ubi et Barbat. col. 1. et 2. vide per Specul.

22